

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**De Lingvae Chaldaicae Vsv In Nominibvs
Praenominibvsqve Vvlgaribvs explicandis**

Hasse, Johann Gottfried Hasse, Johann Gottfried

Regiomonti, [1798?]

VD18 1352853X

§. 5. Margaretha.

urn:nbn:de:gbv:45:1-9826

faciunt omiffa littera spirante ח et terminatione Masculina addita Ιωαννης
) Latini ח in h mutato, Iohannes *)

§. 5.

Margaretha.

Hanc vocem significare *unionem* vel ex Graeco μαργαριτης et Latino Margarita constat. Sed etymon vocis mere chaldaicum est. Ibi enim רִגֵּן pro quo scribitur רִגֵּל et רִגֵּר est *explorare*, ergo in Particip. Aphel f. Hiphil מְרַגֵּל et מְרַגֵּר explorans, vnde מְרַגֵּרִית fem. מְרַגֵּרִית *qui* et *quae* exploratur (Aphel enim saepius passivam significationem habet) cum א emphatico, מְרַגֵּרִיתָ *unio*, ab explorando et expiscando dicta. Margaretha igitur est, quae unionis pretium habet.

[*Magdalena* est proprie cognomen Mariae Magdala vico Palaestinae oriundae (Ioh. XVIII, 15. XX, 1.) adeoque hebraicae originis, non chaldaicae, addita graeca terminatione adiectiui ηνος in Fem. מַגְדַּלָּה — Si hodie nominis loco habetur, ne vana sit vox, a גִּדְּלָה et מְגִדְּלָה f. *magnitudine* repetenda erit.]

§. 6.

Maria.

Hoc nomine etsi nihil apud nos vsitatus, tamen aequè incognitum esse videtur illis, qui idgerunt, atque iis, qui efferunt. Si accu-

**) Hoc nomen a Chaldaeis et Iudaeis corruptum esse in מַרְיָם, vnde Iannes et Iambres 2 Timoth. III, 8. Num. XXII, 22. docet Buxtorf l. 1.

***) *Iohanna* nomen feminae est a Graecis factum ex Ιωαννης in Fem. Ιωαννη vnde Latini dixerunt Iohanna, eadem significatione.

*) Chaldaicum vulgare nomen מְרַגֵּרִיתָ et מְרַגֵּרִיתָ est (v. Buxtorf l. c. p. 1290.) sed ב et ר saepius permutantur, vt pro בֵּן est בָּר.